Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



÷ & : in operibus
manuum tuarum
exultabo ⁊
Quam magnifica
ta sunt operatu
a dñe · nimis pro
funde facte sunt
cogitationes tuae ⁊
Vir insipiens non
cognoscet · & stul
tus non intelleget
haec ⁊
Cum exorti fuerint
peccatores sicut foe
num · & apparue
rint omnes qui ope
rantur iniquitatē ⁊
Ut intereant in secu
lum ÷ seculi : · tu
autem altissimus
in eternum dñe ⁊
Quō : ecce inimici tui
dñe ✳ quoniam ec
ce inimici tui : peri
bunt · & dispergen
tur omnes qui o
perantur iniquitatē ⁊
Et exaltabitur sicut
unicornis cornu

& exultauit in operib. non in sua felicitate. sed in ipsius exultare profitetur. ut apostolus, Ipsius enim figmentum sumus ⁊

Est uir insipiens. qui caelesti sapientia euacuatus. et humanis uersuciis probatur esse plenissimus. Ille non cognoscit opera dī, stultus utique est. qui nec diuina cognoscit. nec ipsos saeculi actus intellegit. quos uulgo. brutos uocamus ⁊

Pulchre enim posita est poena damnatorum. non enim sic pereunt ut esse iam desinant. sed in saeculum saeculi deficiunt ⁊ Tu autem altissimus. sub audiendum est per manebis ⁊

Obstupescit prophetae uehementius. ipsa opera dñi magnificentia nimis profundae factae sunt cogitationes eius, ut sicut diabolus per superbiam corruit. Ita humanum genus beneficio humilitatis possit absolui ⁊

Dicit enim hic florere peccatores sicut foenum. sed in illo iudicio eos asserit celeriter interire, et ibi cum ad iudicium uenerint. humanis conspectibus apparebunt ⁊

Inimici dī sunt daemonum cultores. uel quicumque praeceptis eius obuiare satagit, Illi enim dispergentur. quando a grege dñi fuerint segregati ⁊

Hic enim unicornis exultationem significat unitatis, Illa enim unitas sublimis est. ubi scōrum gloria decorat ecclam,